



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

Alius excellentissimus modus Deum semper habendi præsentem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

stras in sanctissima fuisse persona illius, propriis ipsius doloribus, sanctificatas. Uno verbo, vivere annitentur, ac mori in perfecta conformitate cum sacratissima Jesu Christi Humanitate.

## CAPUT XXV.

*Alius excellentissimus modus Deum* *Exercitiū*  
*semper habendi presentem.* *IV.*

**I**lle in eo situs est, ut Deum agnoscamus in rebus omnibus operantem. Hoc est cuncta de manu ipsius recipiamus, neque creaturas, nisi tanquam ipsius instrumenta, consideremus, sed quæcumque nobis eveniant, illius in providentiam cuncta referamus, illique nostram totaliter conformemus voluntatem. Hoc exercitium mirabilis est emolumenti, animum enim semper erectum, & cor nostrum in magna conservat quiete. Est etiam unum è nobilissimis, quæ in vita spirituali usitari solent, quia consistit in actibus trium virtutum Theologicarum, *Fidei, Spei & Charitatis*, quæ cæteris omnibus antecellunt. Particularim id expositum imus.

*Fidem hujus exercitii esse fundamentum.*

**A**Nte omnia necesse est firmissimam habere fidem istius veritatis, nihil videlicet in hac vita nobis evenire, quin expressa  
Dei